

DIVINAM PROVIDENTIAM
EXTRANEIS PROPITIAM,
S. T.

**DN. PAVLO
KELER**

COGNATO SPECTATISSIMO
CVM

VIRGINE ORNATISSIMA
**CATH. HELENA
WESERIANA**

D. IV. IVNII. ANNO MDCCXXVI.

NVPTIAS

EX ANIMI SENTENTIA


CELEBRANTI,

IN MATRIMONIO FUTURO

PROPRIAM ATQVE PERENNEM

APPRECATVR

IAC. ZABLERVS.



T H O R V N I I

Impressit Ioh. Nicolai, NOBIL. SENATVS & GYMNASII Typographus

MANN;

68-

BONUM FACTUM.



Icet alio sub sole auras vitales carpere,
Licet extra natale solum herbis & hominibus coalescere,
Licet apud Indos & Hyperboreos
Spes & conatus cum fortuna copulare,
Qui eam laribus patriis non alligat,
Hoc unum studet, omnia quum abeunt,
Ut ex humili casa vir magnus exeat.

Si Heraclitus cathedram suam in furno statuit,

Hic ramentum deos etiam habitare dixit:

Cur ibi non sit bonæ mentis domicilium,

Vel DEi non regnet providentia,

Vbi aperte colitur, qui natura sua est absconditus,

Vbi liberos, famulos, dico etiam amicos habet,

Qui patrem, dominum, patronum venerantur?

Si, ubique vicit Romanus, habitat:

Quidni Pieras ac Solertia illic sibi construat domicilium,

Vbi nec fundum habet nec maceriem;

Illic enitatur, escendat, vincat, tripudiet,

Vbi nihil non arduum, præruptum, ferreum occurrit?

Tam ergo sapiens frigidis sub Trionibus calebit,

Quam qui calido sub Austro frigent,

Quibus animus per otium obtorquet,

Charitas per odium dirigit.

Tam bene Marcellus latuit Athenis,

Quam olim cum periculo Romæ floruit.

Tam solerter Seneca in aridis ac spinosis Corsicæ

Rivulos Stoicæ sapientiæ sparsit,

Quam feliciter Neronis inter fastum ac delicias

Opes ingenii, stilo, vita, acumine dispensavit.

Quid multa? Vates Pelnus non minus aureo in Palatio,

Quam apud Scythas sordidos Parnassum sibi erexit.

Mirum dictu, limpida Permessidos undæ,

Quas Tiberis ingrator absorpserat,

Fontis instar Arethusii Tomis emersere.

Adhuc profana loquor: vin' sacra proferam?

En divus Iohannes, charum illud Christi corculum,

Charitum Ecclesiæ Charis, & vere Gratianus,

Præ Epheso Asiæ lumine,

Patronum tenebrosam elegit,

Hic quod Episcopus videre nequirit,

Exul felicitior largiter gustavit:

Etenim pro Asiarchis fidereos Principatus,

Pro Diana Lunam Ecclesiæ subditam,

Pro bimari Corintho mare vitreum,

Pro Olympionicis Martyres victores,

Pro Solyma casura Urbem & Orbem æternum vidit,

Quid Paulus Apostolus, factis & factis inclitus?

Ut Tarsensi Academia valedixerat,

Aliam tamen eamque sublimem Damasci,

In naufragio, in carcere, reperit Academiam.

Liber nempe est animus,

Et inter vincula corporis

Ad libertatem erectus.

Non uni se loco alligat,

Sed omni loco ac tempore vires suas promit.

Non patitur sibi manus injici,

Sed omni manu hostium potior est ac pollutior.

Sensere

Sensere hoc Cives aliquam multi e Pannonia,

Qui vel fatis jactati variis,

Vel sponte sua inducti,

Qvam libertatem domi amiserant,

Eam apud exteros adepti,

Vita, lingua, calamo erudito asseruere.

Quid enim nocuit ASCIANO Misnia,

PILARIKIO Erfurti, SERPILIO Ratisbonæ,

GELENIO Dresdæ, LIEFMANNO apud Borussos,

Aliis alibi cum laude consenuisse?

Non fuit illis grave,

Omni cum virtutum comitatu illic degere,

Vbi Ecclesiam licuit majorem vel minorem regere,

Ac literis umbraticis luci prodesse publicæ,

Quæ privatis apud cives poterant obesse.

Maeste Tuo animo ac fortuna,

COGNATE HONORATISSIME!

Tu quoque sine ostracismo solum vertisti patrium,

Iamque Thorunium Tuam dilaudas patriam,

Vbi pasci, non ubi nasci feliciter Tibi contigit.

Hic Tua incipit efflorescere virtus,

Quæ inter domesticos poterat occidere.

Placuit ave dicere Matri dulcissimæ,

Placuit Fratres cordatissimos,

Sorores lectissimas relinquere;

Quando nec illa filiam, cui nuberet,

Neque hæ Sponsam, quam domum duceres,

Dare poterant quærenti,

Emerget, ominor, Thorunii Tua felicitas,

Qvam comune patriæ depressit naufragium.

Sane, si Belgium sua habet miracula,

Vbi terra exigua cum regnis certat amplissimis,

Vbi frumentum sine semente, vinum sine vitibus,

Ligna sine sylvis, saxa sine montibus,

Aurum & argentum extra aurarias provenit,

Omnia adesse, nihil crescere videas:

Tum horum multa ruinas inter Thorunii vides,

Manibus tractas, ac licenter frueris.

Hic Bacchus generosior floret sine palmite:

Hic Plutus extra venas pluit metallicas:

Hic aurum, ad quod avari pallent, Tibi rutilat,

Ac si quid informe fuit, vinulum venustum reddit.

Quid amplius? Troja Tibi surgit felicior,

Non rapta sed accepta HELENA,

Quæ Te delectet, nunquam cruciet;

Non decennale duellum,

Sed Nestoreum pariat matrimonium:

Et sicut illa domum regiam favillis consepelivit,

Ita Tua hæc nova Tuæ genti dabit incrementa.

Vtere sorte Tua felix?

Dumque Thorunium in vicem patriæ elegisti,

Laris quæso patrii ne dememineris.

VIVAT Tibi jugiter HVNGARIA,

Quoties æternum nectar gustaveris:

Bene illi precare inter tot angarias,

Quando, ut Tibi bene sit apud exteros,

Pia mater optimo providit alumno.


Die Erde die uns nährt und unser Glück gebietet/
Nicht diese die zu erst uns auff den Welt-Kreis
führt/
föhret/

Heist unser Vaterland: weil Gott an Vatersstatt/
An allen Orten was vor seine Kinder hat.
Wie höhlich sind demnach diejenigen zu preisen/
Die/ wenn sie was gelernt/ an frembde Dertter reisen/
Und mit bedachten Sinn bald hier bald dorthin sehn/
Wo sich das Glücke will am besten für sie drehn.
Wie manchen läffet Gott viel eh auff frembder Erden/
Als in der Mutter-Schooß/ vergnügt und glücklich werden?
Daher thut einer wohl/ wenn er den Vorsatz nimt/
Und gehet wo ihm Gott sein Nestchen hat bestimt.
Ich will zu meinem Satz nicht viel Beweißthum tragen/
Denn **EH**/ Herr Bräutigam/ kan aus Erfahrung
sagen/

Dasß dies/ was ich geseht/ sich würcklich so verhält/
Und daß Ihm Gott sein Glück in frembder Luft bestellt.
Wie wunderbarlich führt des Höchsten Hand die Seinen/
Wie macht ers doch so gut/ oft besser als wirß meinen!
EH siehet das in Thorn jetzt alles wiedrig geht/
Dasß hier das Thor zum Glück vor **EH** doch offen steht.
Er findet sein Gemahl: **G**ott wolle Weil und
Seegen/

Euch nun verknüpftes Paar ins Haus und Bette
legen/

Das frembde Preussen sey durch diesen Ehestand
Vor junge Keler auch ein neues Vaterland.



1/10-112862

h. fol. 2. 125